



**HORATII TVRSELLINI || ROMANI || E SOCIETATE IESV ||  
LAVRETANAЕ HISTORIAE || LIBRI QVINQVE. ||**

**Torsellini, Orazio**

**Romae, 1597**

Cap. 16. Adolescens ex fluctibus vorticibus eripitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64112](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64112)

in mare deturbant. Atilli Lauretanam Virginem, quam  
iniquente periculo inuocauerant, inter flumus inclamare  
pergebant. mira dictu, visuque res. Extemplo diuinu  
quādam vi eos subleuatos cerneres toto extare pectore?  
supiniisque manibus Dei Deiparaeque laudes cerratim eas  
nentes in ipso exasperati maris impetu placide ferri. Ita  
que breui dūcente, ac vēhementē Deo, Anconē portum pa  
riter tenuerunt. E vestigio in madidis vestibus, vt erant, i  
Lauretum ad agendas B. Mariæ grates regressi proster  
nunt corpora ante eius effigiem: obortisque lacrymis e  
nixe Deo ac Deiparae grates agunt. Ex Lauretanorum  
custodum numero Bernardinus Galiardus erat, vir haud  
vaha fide, idemque antiquus Capucinorum hospes, apud  
quem illi, & priusquam Anconam peterent, & inde Lau  
retum reuersi diuerterant. Hic igitur Franciscanos, quos  
dixi, fallo perfusos hospitio recepit: & illi causam sciscitan  
ti hospiti tandem rem omnem, vti gesta erat, exposuerūt  
hac lege, vt ipsorum nomina silentio premerentur. Galiar  
dus itaque suppressis illorum nominibus, rem deinceps a  
liis, vti ipse acceperat, enarravit.

*Addolescens ex fluminis vorticibus eripitur.*

*Cap. X V I n A .*

Trad. Laur.  
Ann. Laur.  
Rier.

**H**AUD leuius periculum in flumine alias vitauit, quā  
Franciscani in mari vitauerunt præsidio Virginis  
Lauretanæ. Angelus Autanus ex agro Salernitano egre  
gia indole, ac pietate adolescens in Vulturenum amnem,  
qui Capuam præterfluit, abluendi corporis gratia, cum  
æquali, gregalique suo descenderat. Cæterum eius socius  
dum incaute progreditur, cæcos delatus in gurgites haud  
procul aberat exitio. Accurrit impigre Autanus opem pe  
riclitanti latus: sed ipse quoque idem periculum incur  
rit, quo frustra iam eximere alterum conabatur. Tamque

vor-

vorticibus prærapidi fluminis haustus è fundo seruos emer-  
serat, cum B. Mariam Lauretanam, vt cumque potest, se-  
miuius inclamat. Nec irritæ ceciderunt preces. Repen-  
te B. Virgo vocata adfuit: & iuuenem gurgiti erectum,  
iamque prope exanimatum gremio excipit, ac supra flu-  
men ad mille passus delatum in opportuna statuit ripa. Il-  
le diu hæsit periculi pariter, miraculique stupore attoni-  
tus. Inde ut primum ex pauore animum recepit; coeleste  
agnoscens beneficium procumbit in genua: & B. Mariam  
liberatricem suam impense salutans grates laudibus mi-  
scet. Protinus Laurenum petit, Deiparam colit, miracu-  
lum prædicat,

*Puella Lauretana è puteo: cuius Caietanus è carcere  
liberatur. Cap. XVII.*

**N**ec Laurenum ipsum Patronæ suæ opem non sensit in  
parisiorum discrimine. Parua puella ad puteum,  
qui in ædibus Lauretani Præsidis erat, de more accesserat  
aquam haustura. Iam situlam fune religatam demiserat,  
& aquæ plenam incauta festinatione reuocabat; cum vase  
degrauante, ipsa vltro in puteum deuoluitur B. Mariæ in-  
clamans. Vedit forte de fenestra unus è præcipuis S. Do-  
minus ministris cadentem puellam: eique B. Virginis im-  
plorauit opem. Pròtinus ipse cum dòmesticorum manu  
decurrit ad puteum. Mirum dictu. illam conspiciunt in-  
columem, lætamque summæ incubantem aquæ. Igitur  
properè maiorem situlam cù valido fune demittunt; pucl-  
lamque quid factò opus sit monitam extrahere connitun-  
tur. Iamque illa situlæ insistens, & funem manibus te-  
nens ad os putei attracta peruerterat: multorumque eam  
manus petebant opem laturæ. at illa inter tot manus an-  
ceps consilii, dimisso perperam fune, nullaque compre-  
hensa manu, eodem recidit. Cæterum omnibus qui ade-

Tred. Laur.  
Ann. Laur.  
Rier.

H.I.G.M.

S 2 rant